

Inter alia Clarissime Dne Doctor, Meoenas optime summa
 semper obseruantia colende, mouit me singularis humani-
 tas tua; mouit amor in me tuus ut existimo, haud vul-
 garis; mouit & illud non nihil, quod non tantum Ibesy
 Chymicas nuper exhibitas, equi boniq; consulueris, ne-
 rium etiam uicissim in alijs rebus gratificari pollicitus,
 ut aliquid amplius ad te dare, minime sim ueritus.
 Feci autem illud eo libentius cum E. T. pro prudentia
 bonitateq; summa non tantis oblata munuscula;
 sed potius donantis animum respicere, me non lateret.
 In itaq; nixus rationibus, nonnulla, quae ad me perfer-
 ri curauit haud ita pridem parens meus, E. Tuae cum
 manifestare tum etiam communicare uolui.
 Parum enim quaedam mihi fuerunt medicamenta, ad usum
 si non accommodarentur. Insuper commodi praestarent
 quid, om. praestantissima pharmaca, ea si domi deli-
 tescerent in arcubus, temporisq; successu putredini vi-
 rium niduerent? Quareq; quidem praesens remedium
 E. Tuae traditum, ne multos annos, si modo in loco no-
 nimis frigido, nec etiam nimis calido cohaeret, a pu-
 trefactione atq; sui destructione praeseruari possit.
 Magis tamen consultum esse putauit, E. Tuae utpote
 quosdam circa medicina partem uerax uerum
 uersanti, tradere, quam abstrusis in locis suis seruare.
 Pluris aestimatur non saltem a discipulis Theophr.
 Ita: uerum etiam medicis Galeni amplectentibus.
 Commendant autem atq; non iniquo iure, praesi-
 tim cum tam uarios, tam diuersosq; sanet affectus,
 quemadmodum ex consequentibus uideri ac intelligere
 haud difficulter poterit E. Tuae. Verum de in-
 uentore prius, quam ad usum ipsius explicandum tra-
 sio, dicendum quid existimo; idq; propter suas pecu-
 liares causas sic breuiter studio, omittendas.
 Inuentum est illud remedium non a circumforaneo
 quodam, non a praestigiatore, no a Iudaeis, quorum,
 in Afsatia nunc temporis multi sunt, qui magnam qua-
 situm medicina faciunt. Permissum enim est illis a Magi.

Stratū & Urinas inspiciendi, & receptas scribendi.

Non demigz ab impirita quādam mūhercula, quā
rūm & apud nos magna frequentia, quae malē habent,
ter accedunt, eosq; medicamentis aut consilijs suis, ut
excruciatione, dolore ac molestia temporanea pri
uant, inuentum est. Verūm vir magni iudicij
nominis, diuitiarū, auctoritatis auctor existit, cuius
nomē in publicis monumentis notum & satis celebre.
Apud Haganocensē nūc in arce quādam magnis sumpt
ibus magnificē extructa, degit. Primum tenet locum
inter medicos, illustres ac Generosi Comitis senioris Phi
lippi ab Hanaw. Appellatur proprio noīe, si recte me
mini Jacobus, cognomine vero Nietheimer. Ab eo
p̄darmatū hoc Vaidanū per latūm nomen accepit, ut
Nietheimerianū dicatur. Preparandi modū, nū
merūmq; specierū compositionē itam ingrediētiū,
ignorare me libere profiteor: attamē ex quintis essentijs,
perlarū corallorū, croci, moschi, ambrae & pomo
rūm Arantiorū & alijs roborantibus nobilissimis con
fectū esse, certo scio. Et quicquid praestat, id solū
praestat corroborando. Nam partium principaliū vires
& magnitudine & diūternitate morbi debilitatas prostra
tas & amissas, recolligendo reddit; recollectas confirmat;
confirmatas conseruat. Hinc vsūuenit ut postmodū ad
uersus ipsūm morbū fortius insurgere, dimicare cū eo,
propellere ac etiam vincere possint. Vim autem tam re
leritū in corpū egrotorū exercit, ut non satis illius reme
dij operatione actionemq; repentīnam cū medicis tūc
agri mirentur. Nūc, quibus in affectibus Vaidano no
stro feliciter ac tuto possimū vsū, breuiter ac perspicue
significabo.

In catarrhis seu fluxionibus codibendis, ubi suffocationis peri
culū saepe minere conspicitur, virtutem suam ostē
dit mirifica. Sistit autem distillationes tenues Corro
borando cerebrū. Facultatem illius rehentricem, debilem
quā facit vel quantitas vel qualitas Humoris, confortat.

Quo facto, fit, ut plus iusto humorum ad partes inferiores non amandos, aut effluere sinat: fit etiam ut partes accipientes inde firmantur, ne plus a quo assumant. Consuevit autem in fluxionibus tantam portionem pro una vice exhibere parens meus, quantum pisi hortensis magnitudo representat. Propinat in liquore aliquo appropriato: at eo deficiente, sumit plerumque cochlear j. Vini albi, dissoluit in eo prius, dissolutionem postmodum dat agris. In capitis doloribus remouendis optimum est remedium. An primis autem ubi tantas in capite sentit quibus exacerbationes, ut neque strepitum maiorem tolerare, neque hominum voces sublimiores audire, neque lucis claritatem mirari, neque corpus suum mouere possit, nec se ab adstantibus tanquam moueri permittat. Hemicraniam quoque mirabiliter sanat. Dentium doloribus ex destillationibus in cerebro factis, confert. Phtysicis hac ratione sumptum prodest. Accipiatur Syrupi de scabiōsa q. s. vel aliud aliquod pectorale: addatur tantum aqua stillatitia de scabiōsa, quantum Syrupi fuit. Miscendo rite fiat mistura Vulpis. His ita bene temperatis, de mixtura sume cochlear j. cui adde Laud. purati gra. 3. Denovo misce, & phtysico incipiente assumendum manda. fiat autem hoc singulis diebus mane & vespere per quindecim dies integros. Quodsi malum, istis adhibitis modo praedicto, nondum cessaret, reiterandum.

Præterea fluxiones etiam alias mortem saepissime indicent, utpote dysenteriam, & henteriam & diarrhoeam indicent. Nonnumquam semel sumptum iuuat, quandoque saepius, sudorem mediocriter prouocando. Sistit autem eas non astringendo: verum cor, hepatis, intestina, ventriculum confortando. Exhibendi modus in eiusmodi casibus hic est. Syrupi de myrtillis q. s. recipit, supermiscuendo parum aquae plantaginis & apponendo 3 Laud. purati gra. Miscet diligenter, & mane habentibus mane & vespere cochlear j. dissolutionem porrigit. Quodsi malum magis, eo usque progressu esset, ut natura minister accessisset, de aegroti vita salutem desperaret, non semel, non iterum atque iterum, sed saepissime

idem Laudanum & eodem quo supra narraui modo,
mi die exhibendum. Reiteratione etenim crebra
noxam aegro inferre non possumus; quin imò magis
atq; magis principes corporis humani partes, in
morbi concussas confortari, necessum est. Atq; huius
ius solius remedij usu & auxilio (præmissa tamen
benedictione Protomedici altissimi) multos dysen-
tericos & dimidia tantum, pristinae sanitati re-
stituit parem meus charissimus.

Præter iam enarratos affectus sanat etiam sanguinis
e naribus eruptionem immodicam. Sanat fluxum
menstruosum in consueto tempore quantitateq; incon-
uenienti factum. Hamorrhoidibus immodicè & in-
stolongius sanguinem fundantibus auxilio est. Suppri-
mit sanguinis per Vesicam excretionem; irritati-
onem continuam ad urinam euacuandam tollit;
malum in quo urina aegre & difficulter eicitur,
emendat; medetur assidua egerendi cupiditati,
quæ à practicis hodie Tenosmus appellari con-
suevit. Quid de colicis referam passionibus? In his
mirabiliter inuat Laudanum & à medicis ad coelum
atq; laudibus euehitur, id quod repente cruciatibus
intolerabilibus auferat. Cordis dolorem & eiusdem mo-
tum deprauatum, palpitatio seu tremor à no-
stris qui dicitur, sanare potest. Opiati Laudani
in officinis nostris quod reperire est, suus est etiam
usus varius & multplex, præsertim in mitigan-
dis doloribus & somno conciliando. Eadem uirtute
Perlatum nostrum præditum est, & quod notatu dignis-
simum est, minori cum periculo usurpari posse,
comprobatum experientia diuturna.

Postremo (ut paucis singula complectar) Laudani
Perlati usum & uirtutis egregie aliquando exper-
tū est D. parens, in febris putrida intermictente, quæ
quis infestabat. Hic uita plane periclitabatur,
ob pestilentes ueneni salitū, cor circumcirca cingē-
tis.

Exhibuit tria saltem grana Laudani in ipso paroxysmo. Quod cum assumpsisset agrotus, resocillatum est i vestigio cor ipsius, & ab omni onere liberatum. Expulit enim virulentos halitus, moderate sudore eliciendo. Ante pharmaci nostri exhibitionem somnum per multas noctes non viderunt lumina eius; hoc vero deglutito, quiescere ac dormire rursus incepit. Repetit in sequentibus nonnullis paroxysmis, tam diu donec optimi rursus habere sensit secum & aperte confessus fuit patiens.

Tali Vir clarissime Meicenas observantia perpetua perpetuo colende, tali inquam modo, praedictis in affectibus procedendum, & non statim cessandum si semel assumptum, nil operatur. Verum usurpandum denique, prout in precedentibus & cognoscere & prospicere demonstratum fuit.

Constat remedium hoc, de quo hic Verba fieri plurima, magno precio: Vel quod non nisi laboribus exantlatis, impensis magnis, longo tempore parari queat. Vel quod a nullo unquam Medicorum hactenus confectum sit. Unde etiam fieri contingit, ut ea quae sunt nova, rara & ante inaudita, magis accepta grataque sint hominibus: quae grata, maiori quoque precio aestimentur. Tanti valoris causa, arbitrati sumus, haec esse potest, quod a morbis tam variis, tot cruciatibus immensis, molestisque gravissimis liberet mortalis. Quod enim sunt podagrici, rerum omnium affluentiam habentis, qui multa milia flororum de suis numerum aceruis aequo expendunt animo: si modo una in totius globi terrae parte reperiretur medicamentum, quod causam dolorum podum funditus extirpare potens esset.

Quia cum ita sit, non iniuria & inuis pondus auro
Athenano venditur. Quibus magna sunt diui-
tia, flagitante nisi per extrema necessitate, ipsi
sua difficile est florenum unum atq; alterum
pro remedio tam nobili exponere. Quibus au-
tem facultates sunt tenues, ipsi alia in officinis
nostris extantia, & quidem viliori precio com-
parare licitum est.

Ex his iam prolati itaq; constat. Vir clarissime
patrone summo semper opere honorande, quis sit
Auidani prelati usus, quae vis, quae efficacia.
Maiori commendatione non est opus. siquidem
seipsum apud aegros, qui praenominatus in casibus
Excel. tuae cura se subiecturi sunt, sat superq;
commendabit. Atq; haec habui. Vir clarissime,
quae te scire volui. Quod reliquum est,
nil magis mihi votis habeo, nil magis expeto,
quam ut Auidanum hoc prelatum unum cum ter-
ra sigillata varijs coloribus fixata, hilari fron-
te accipere non deducatur. Ex. tua. Facili-
me autem hoc ab E. tua impetraturum me
confidam. Maiora cum essent, quae non tantum ad
aliorum commodum: verum etiam E. tuae, suorumq;
emolumentum spectarent, largiretur utiq;. His mihi
valeat E. T. valeat & viuat coniux probissi-
ma; vigeant, & nistar viridis lauri uirescant
liberi dulcissimi. Me quoq; sibi commendatum
habeat deinceps, ut & hactenus. Ex. tua, uolo
optoq;. Ad Deo Optimo Maximo Rectore atq;
conservatore creaturarum suarum precibus assiduis
contendam vicissim, ut Ex. tuam cum tota
familia, in diuturna vite huius incolunitate con-
seruet, & tueatur. Post haec viro caducam & mis-
eram vite statum transferat E. T. cum omni;

bis suis quos caros habet, in eternam beatitudinem; ubi Mediator noster iam sedet, vivit & intercedit pro eis, quos pater coelitus ipsi det ante iacta mundi fundamenta. Haec & alia praecipua t. tua precor ex animo, precaborq; quam diu Spiritus hos meos regat artus imbecilles. Datum prid. Calendas Decemb. Anno partus virginis 95.

Excellentiae tuae summa
observantia addictis,
Simus

M. Nicolaus Röstler Casi,
miranaru adiuu
Alumnus

Clarissimo viro Dno Geo-
philo Maclero, artis Ma-
chamie Doctori peritissi-
mo, Academia Hejdellbr-
gensis Physices professori
ordinario, Mecanati & pa-
trono suo singulari, omni
obseruantia perpetuo co-
lendo. p.